AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

animam tuam utrum sit in generatione humana defecit · audeat
enarrare diuinam · Noli ergo inquis dicere aequalem · Cur non
dicam quod dixit apostolus · Non rapinam inquit arbitratus est
esse aequalis dō · Et si enim · aequalitatem illam non explicauit
humana mente nondum purgata · posuit tamen in uerbo ·
Quod in re possit inuenire purgata · Demus itaque operam mun
dando cordi nostro · ut inde exsurgat acies qua ista uidere
ualeamus · Beati enim mundi corde inquit · quia ipsi dm̄
uidebunt · Ita excedentes animalis hominis caliginosas imagi
nes ad serenitatem illam sinceritatē que ueniemus · qua ui
dere possimus quod dici non posse uideamus · Nam libello
quem dignatus es mittere · si mihi sit · otium · facultas que tribuat
a singula respondere · arbitror te cogniturū · tanto minus
quemq; uestiri lumine ueritatis · quanto magis sibi uidetur nudā
depmere ueritatem · Quis enim ferat · ut alia omittam & hoc
solum interim commemorem quod maxime ingemui · cum aposto
lus paulus dicat · Uidemus nunc p̄ speculum in enigmate ·
tunc autē facie ad faciem · Isto si iam dicere omni integumento ·
retecto · nudam se depromere ueritatem · Quis si diceret nudam
uidemus ueritatem · nihil esset certius ista arrogantia uisionis ·
Non autē dixit uidemus · sed depmimus · Ut non solum iam ueritas
intentioni mentis patere · sed etiam potestati linguae subiacere
uideatur · Multa sunt quae de trinitatis ineffabilitate dicantur ·
ut ipsa non dicatur · Alioquin non est ineffabilis · sed ut illis
dictis illa dici non posse intellegatur · Uerum iam ut arbitror
modum excessit epistola mea · cum pestuam meā noueris breuitē
scribere · Sed quia in stitutione ueterum te excusare dignatus es ·
non tibi absurdus uidebor si modo quarundam epistolarū ciceronis ·
quia eius quoq; in litteris tuis mentionē fecisti · non te pigeat recordari ·
EXPLIT EPL SCI AGUSTINI AD ELPIDIUM ·